



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De resolutione aliquorum dubiorum circa famam cap. 65.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

quam alium, & apud multos, quàm paucos. Potest etiam esse veniale, si fiat absque intentione nocendi, ut ex ioco tantum, modo tamen inde non oriatur re ipsa notabilis infamia, quàm detrahens potuerit præuidere, vel si desit deliberatio & aduertentia sufficiens, ut cum quis ex vehementi ira alterius crimen detegit, nam etiam tunc est tantum peccatum veniale sic detrahere.

De Resolutione aliquorū dubiorum circa famam. Cap. 65.

Manifestare crimen alicuius quomocunque infamati intentione nocendi, est peccatum contra charitatem. Deinde peccat contra charitatem & iustitiam cum obligatione restituendi, qui alicuius crimen publicum cum etiam propter iudicis sententiam, postquam bonam famam

recuperavit, manifestat, sine legitima causa, qualis esset ad vitandum nocendum corporale, aut spirituale, alicuius siue particularis, siue communis, ut si quis vulgo habitus bonus homo, alio tamen in loco damnatus furti vel hæresis, versaretur inter aliquos, quibus periculum esset ne noceret in bonis corporis, fortunæ, vel animæ, nam tunc liceret illis significare qualis ille fuisset ut ab eo sibi cauere, eademque esset ratio, si aliquis eligendus esset ad dignitatem aliquam publicam, ab iis, qui eius incapacitatem ignorant, unde etiam tunc liceret eam illis aperire. Si verò nondum bonam famam recuperasset, non esset peccatum contra charitatem, nec contra iustitiam, in eadem vrbe ignorantibus, manifestare, quod fecit. Manifestare a. in aliis locis longè distantibus, ut per litteras crimine alicuius de se publicum, vel per iudicis sententiam

quo non peruenerat nec peruen-
turum erat, & est contra charita-
tem, & ideo illicitum: & esset con-
tra iustitiam, si inde damnum ali-
quod famæ in consanguineos, vel
aliud corporale, in ipsummet dif-
famatum redundaret.

An quis seipsum infamare possit
Cap. 66.

CAietanus negat licere etiam
in tortura se infamare,
quod tamé Sotus; & Nauar.
affirmare videntur. Certum tamé
est, inquit Toletus: *Primo non
esse contra iustitiam seipsum infamare,
nisi inde nocumentum ali-
quod in alios deriuetur. *Secundo
se infamare sine causa esse contra
charitatem, & mortale quando
quis sibi falso imponit crimen gra-
uissimum, vt hæresis, secus si tantum
occultum reuelaret, vel crimen non
esset ita graue, & abesset periculus.

*Tertio
positum
getur
sui co
uelar
tur d
quan
aut p
postu
stitur
crim
roges
dam
prop
citra
so im
ne to
& cri
nullu
quar
conf
re, vt
si hæ